UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Clvveri[i] Sicilia Antiqva

Clüver, Philipp

Lvgdvni Batavorvm, 1619

Cap. V. Fretum Siculum, & Charybdis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14145

Visual Library

alia. Et lib. II: Μέγιστη ἡ Σαρδὼ καὶ Κύρνος, μετά γε τὴν Σικελίαν· αὕτη δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστι μεγίστη καὶ ἀρίστη. id est: *Maximæ sunt Sardinia & Corsica, post Siciliam. hæc quidpe omnium in nostro mari est maxima atque optima*. Hinc & Cicero, in Verrem lib. II: *Ita ad omneis res Siciliâ provinciâ semper usi sumus, ut, quidquid ex se posset efferre, id non apud eos nasci, sed domi nostræ conditum putaremus. Quando illa frumentum, quod deberet, non ad diem dedit? quando id, quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? quando id, quod imperaretur, recusavit? Itaque ille M. Cato Sapiens cellam penariam reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit. Nos verò experti sumus Italico maximo difficillimoq; bello, Siciliam nobis non pro penariâ cellâ, sed pro ærario illo maiorum vetere ac referto fuisse. nam, sine ullo sumtu nostro, coriis, tunicis, frumentoq; suppeditato, maximos exercitus nostros vestivit, aluit, armavit.*

SICILIA cella penaria atq; ærarium reip. Romanæ. item, nutrix plebis Rom.

SICVLORVM luxus.

Atque hac soli sui ubertate in tantas acti sunt Siculi delicias, in tantamque luxuriam, uti Σικελικὴ τράπεζα, id est, *Sicula mensa*, in proverbium abiverit. Svidas: Σικελικὴ τράπεζα· ἐπὶ τῶν πάνυ πλουσίων καὶ τρυφηλῶν. id est: *Sicula mensa. de sumtuosis admodùm atq; delicatis*. Athenæus lib. XII: Διαβόητοι δέ εἰσιν ἐπὶ τρυφῇ καὶ αἱ τῶν Σικελῶν τράπεζαι. id est: *Celebres sunt ob delicias & Siculorum mensæ*. Lucianus in dialogo Simili & Polystrati: Καὶ τράπεζαι ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ. id est: *Ac mensæ Siculis lautiores*. Plato Πολιτειῶν lib. III: Συρακουσίαν ἦ, ὦ φίλε, τράπεζαν καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψεως, ὡς ἔοικας, οὐκ αἰνεῖς. hoc est: *Syracusanam, amice, mensam & Siculam in obsoniis varietatem non videris adprobare*. Plautus in Rudente:

Ei erat hospes, par illius, Siculus, senex
Scelestus, Agrigentinus, urbis proditor:
Is illius laudare infit formam virginis,
Et aliarum itidem, quæ eius erant mulierculæ.
Infit lenoni suadere, ut secum simul
Eat in Siciliam. ibi esse homines voluptarios
Dicit: potesse ibi fieri eum divitem:
Ibi esse quæstum maximum meretricibus.

Plato, in epistolâ ad Dionis propinquos & amicos: Καὶ τὸν ἐπιλοιπον βίον ζῆν ἠθέλησε διαφερόντως τῶν πολλῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελιωτῶν, ἀρετῇ τοῦ εὐεῖν καὶ ἡδονῆς τῆ τε ἄλλης τρυφῆς ἠγαπηκώς. Id est: *Constituit reliquam vitam instituere singulari quadam atque eximiâ ratione, præter plerorumq; Italicorum Siculorumq; hominum consuetudinem; virtutem nimirum amplexando, voluptate caterisq; deliciis repudiatis*. Syracusæ autem urbs quia omnium Sicularum fuit princeps & opulentissima, Συρακουσία inde dicta est τράπεζα, id est, *Mensa Syracusana*; ut loco antè scripto habet Plato. Svidas: Συρακουσία τράπεζα· ἡ πλουσία. ἐδόκουν γὰρ οἱ Σικελιῶται ἁβροδίαιτοι εἶναι μᾶλλον πάντων. hoc est: *Syracusana mensa; pro sumtuosâ. Siculi enim omnium lautissimi sunt habiti & delicatissimi*. Athenæus, prædicto lib. XII posteà: Διαβόητοι δ' εἰσὶ καὶ τρυφῇ τε καὶ Συρακόσιοι, ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Δαιταλεῦσιν·

Ἀλλ' ἐμοῦ γὰρ ἐμάθετε ταῦτα μοῦ πέμπτου·
Ἀλλὰ μᾶλλον πίνειν, εἶτ' ἄδειν κακῶς
Συρακοσίων τράπεζαν Συβαριτικάς τ' ὀμιλίας.

Id est: *Luxu quoque celebres sunt Siculi & Syracusani: ut Aristophanes in Epulonibus ait:*

Atqui hæc quidem me duce non didicistis.
Verùm bibere potiùs. deinde male canere,
Syracusanorum mensam, Sybariticag, convivia.

Atque hactenus de variis Siciliæ nominibus atque incolis, item de situ eius, figurâ, & magnitudine, de soli naturâ & fertilitate, dictum est.

CAP. V.

Fretum Siculum; & Charybdis.

SItu insulæ, figurâ, atq; magnitudine demonstratis, ordo nunc poscebat, ut singula eius loca, quæ veteribus memorantur auctoribus, explicarentur. Verùm id antequàm fiat, *Fretum*, quo Sicilia ab Italiâ submovetur, exponendum est.

Ab

Ab Italiæ igitur continente & Brutio litore, breviſſimo in Siciliam trajectu, navigatur FRETVM SICVLVM, compluribus auctoribus memoratum. Frontinus, Stragemat. lib. I, cap. VII, exemplo I: *L. Cæcilius Metellus per Siculum fretum transmiſit*. Tacitus, Annal. lib. I: *Opido Rheginorum, qui Siculum fretum accolunt, clauſa*. Inſcriptio antiqua: *Votum in Siculo freto ſuſceptum ſolvit*. Marcianus Heracleenſis in Orbis terrarum deſcriptione: FRETVM *Siculum.*

Ἐπὶ τῇδε πορθμοῦ κειμένη τοῦ Σικελικοῦ
Ζάγκλη. Id eſt:
Ad fretum ſita Siculum
Zancle.

Ariſtoteles in Mirandis: Οἱ πορθμοὶ ὁ μεταξὺ Σικελίας καὶ Ἰταλίας. id eſt; *Fretum, quod eſt inter Siciliam & Italiam*. At Ciceroni, in III de Naturâ deorum SICILIENSE dicitur *fretum*; in his verbis: *Quid Chalcidio euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? quid freto Sicilienſi?* Platoni, in epiſtolâ ad Dionis propinquos & amicos vocatur ὁ περὶ πλῶ Σκύλλαιον· id eſt, ut Cicero Latinè exprimit, SCYLLAEVM FRETVM; à conterminâ Scyllâ. Ἐδόκει δὴ, inquit Plato, χαλεπαίνειν μοὶ ἃ δεῖν ἐμὲ Διονυσίῳ μᾶλλον ἢ ἐμαυτῷ τε καὶ τοῖς βιασαμένοις ἐλθεῖν ἐμὲ τὸ τρίτον εἰς τὸν πορθμὸν τὸν περὶ πλῶ Σκύλλαιον. Id eſt: *Cauſa mihi videbatur, cur potiùs de me ipſo & de his, qui me ſuis conſiliis per vim adegerunt, ut tertiò in fretum Scyllæum venirem, conquerer, quàm de Dionyſio*. Cicero, in Oratione pro P. Sextio: *Ne Scyllæo illo æris alieni in freto ad columnam adhæreſceret, in tribunatus portum perfugerat*. Adludit ad Columnam, quæ in Rheginorum agro ad hoc fretum poſita erat. Sed & apud Athenæum, lib. VII, Σκυλλαῖος πορθμὸς vocatur. Τοῦτον, inquit, [τὸν λάτον] καθὰ πλῶ Ἰταλίαν κράτιστον εἶναι φησὶν Ἀρχέστρατος, λέγων ἔτως· SCYLLÆVM *fretum.*

Τὸν δὲ λάτον τὸν κλεινὸν ἐν Ἰταλίῃ πολυδένδρῳ
Ὁ Σκυλλαῖος ἔχει πορθμός.

Id eſt: *Latum in Italiâ optimum eſſe, tradit Archeſtratus, his verbis:*
Latum verò nobilem in Italiâ ſilvoſâ
Scyllæum habet fretum.

Lycophroni Τυρσηνὸς vocatur πορθμὸς, id eſt, FRETVM TYRRHENVM; id eſt, ut Romani ſuâ linguâ adpellaverunt, TVSCVM, ſeu ETRVSCVM. Lycophronis verſus hic eſt: THYRRENVM, *ſive* ETRVSCVM *&* TVSCVM *fretum.*

Στενλῶ τε πορθμοῦ στωθρομιλῶ Τυρρηνίκε.
Anguſtumq. freti Tyrrheni concurſum.

Scilicet quia hoc Tyrrhenum mare Siculo ſive Adriatico confunditur. Hinc etiam Oroſio, lib. I, cap. II, ADRIATICVM vocatur *Fretum*. *Sicilia*, inquit, *ob oriente cingitur mari Adriatico, à meridie mari Africo: ab occidente & ſeptemtrione habet mare Tyrrhenum; à boreâ usque ſubſolanum, fretum Adriatiuum, quod dividit Tauromenitanos Siciliæ & Brutios Italiæ*. Apollonius, Ἀργοναυτικῶν lib. IIII, μιξοδίας adpellat ἀλὸς, id eſt, *vias maris inter ſe commixtas*. quia veluti per portam heic ex Tyrrheno transitur in Adriaticum ſive Siculum mare; quæ in eâ inter ſe concurrunt & commiſcentur. Verba poëtæ hæc ſunt: ADRIATICVM *fretum.*

Οἱ δ' ἄχεϊ φρόνιμοι, τὰς μὲν λίπον, ἄλλα δ' ὄπιζον
Κώπερα μιξοδίηϊν ἁλὸς ῥαιστήρια νηῶν.
Τῇ μὲν γὰρ Σκύλλης λιστὴ περὶφαίνετο πέτρη,
Τῇ δ' ἄμοτον βοάασκεν ἀναβλύζουσα Χάρυβδις.

Id eſt:

At illi triſtes animo, relinquebant illas. alia verò ſequebantur
Maiora in commixtione viarum maris mala, naveis vaſtantia.
Hinc enim Scyllæ læve ſeſe oſtendebat ſaxum;
Illinc indeſinenter boabat è profundo erumpens Charybdis.

Ad quæ ita ſcholiaſtes: Μιξοδίαν καλεῖ τὸν τόπον, καθ' ὃν ἰὼ ἡ Σκύλλη καὶ ἡ Χάρυβδις, διὰ τὸ αὐτικρὺ εἶναι ἀλλήλων. Id eſt: *Viarum commixtionem vocat locum, ubi erat Scylla & Charybdis: quia ſibi invicem oppoſitæ ſunt*. Rectiùs, ut dixi, quia per hasce anguſtias ex Tyrrheno in Siculum ſive Ionium transitur mare. ſic quidpe Manilio, Ἀστρονομικῶν lib. IIII, diſertè vocatur PORTA Ionii maris, in his verſibus:

Læva freti cædunt Hispanas æquore genteis;
Teque in vicinis hærentem, Gallia, terris;
Italiæque urbes dextram insinuantis in undam,
Vsque ad canes, Scylla, tuos, avidamque Charybdim:
Ac ubi se primùm portâ mare fudit ab illâ,
Enatat Ionio, laxasque vagatur in undas:
Et priùs in lævâ se fundens circuit omnem
Italiam, atq; Adriam comitatur nomine pontum,
Eridanique bibit fluctus. secat æquore lævum
Illyrium; Epirumque lavat, claramque Corinthum;
Et Peloponnesi patulas circumvolat oras.

RHEGIVM *fretum.* At Sallustio, si Isidoro credimus, dictum fuit FRETVM RHEGIVM. Verba Isidori, Origin. lib. XIII, cap. XVIII, sunt hæc: *Fretum adpellatum est, quòd ibi semper mare ferveat. nam fretum est angustum & quasi fervens mare, ab undarum fervore nominatum; ut Gaditanum, vel Siculum. nam freta dicta Varro ait, quasi fervida; id est, ferventia & motum fervoris habentia. Fretum Siciliæ, quod Rhegium dicitur, Sallustius ex tali causâ vocari scribit, dicens; Italiæ olim Siciliam conjunctam fuisse; &, dum esset una tellus, medium spatium aut per humilitatem abruptum est aquis, aut per angustiam scissum: & inde Ῥήγιον nominatum, quia Græcè abruptum hoc nomine nuncupatur.* Eadem hæc verba de freto Siciliæ, refert & Monachus Autissiodurensis in Chronico suo: sed ex Isidoro, non Sallustio, desumta; ut patet ex præcedentibus. At sanè summo jure ipsum fretum vocari poterat *Rhegium*; quia hoc spatio antè fuerat, ut tradiderunt veteres, isthmus, quem mare perrupisse dicitur. Porrò Thucydidi idem vocatur CHARYBDIS; ut mox infrà videbimus.

CHARYBDIS *fretum.*

Describit autem *Fretum Siculum* Strabo ita lib. VI: Πελωριὰς μὲν ἄκρα, ἡ πρὸς τῷ Καινῷ κεῖται τῷ Στηλίδα, τῷ Ῥηγίνων, πεῖσαι τὸν πορθμόν. id est; *Pelorum promontorium, quod cum Cæny & Rheginorum Columnâ fretum efficit.* Mela lib. II, cap. VII: *Sicilia, ut ferunt, aliquando continens & agro Brutio annexa; post freto maris Siculi abscissa est. Id angustum & anceps, alterno cursu modò in Thuscum modò in Ionium pelagus perfluit; atrox, sævum, & Scyllæ Charybdisque sævis nominibus inclytum. Scylla saxum est; Charybdis mare* [adde, *vorticosum:*] *utrumque noxium adpulsis.* Plinius, lib. III, cap. VIII: *Sicilia, quondam Brutio agro cohærens, mox interfuso mari avulsa,* XII M *in longitudinem freto, in latitudinem autem* M IↃ *passus juxta Columnam Rheginam.* Et anteà, cap. V: *Columna Rhegina: Siculum fretum; ac duo adversa promontoria, ex Italiâ Cænys, ex Siciliâ Pelorum,* XII *stadiorum intervallo:* id est, M IↃ passuum. Polybius, lib. I: Τὸ δὲ εἰς τὰς ἄρκτους κεκλιμένον ἀκρωτήριον ὀρίζει μὲν τοῦ πορθμοῦ τὸ πρὸς νύσει μέρος, ἀπέχει δὲ τῆς Ἰταλίας ὡς σταδίους δύο καὶ δέκα, περαιοῦται δὲ Πελωριάς. id est: *At quod in septemtriones vergit promontorium, fretum ab occasu terminans, distansque ab Italiâ ad* XII *stadia, Pelorias dicitur.* Diodorus, lib. IIII: Ὁ δ' οὖν Ἡρακλῆς καταντήσας ὅτι τὸν πορθμὸν κατὰ τὸ στενότατον τῆς Ἰταλίας, τὰς μὲν βοῦς ἐπεραίωσεν εἰς τὴν Σικελίαν, αὐτὸς δὲ ταῦρε κέρως λαβόμενος διενήξατο τὸν πόρον, ὅντος τοῦ διαστήματος σταδίων ιγ, ὡς Τίμαιος φησίν. Hoc est: *Ad fretum tandem Hercules, quà arctissimum est mare, delatus, boves in Siciliam transmisit; tauri cornu adprehenso simul enatans, per intervallum, ut Timæus tradit, stadiorum* XIII. id est, passuum CIↃIↃCXXV. Et Scylax, in Περίπλῳ· Κατὰ δὲ Ῥήγιον ἐστὶ Σικελία νῆσος, ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἀπέχουσι σταδίους ιβ' εἰς Πελωριάδα ἀπὸ Ῥηγίου. id est: *Iuxta Rhegium est Sicilia insula ab Europâ distans stadia* XII *ad Pelorum à Rhegio.* Fortè rectiùs ἀπὸ τῆς ἠπείρου, id est, *ab continente.* Non tamen ab Rhegio opido ad Pelorum promontorium erant numeranda XII ista stadia, id est, CIↃIↃ passus: sed à Peloro ad Cænym, Rhegini agri promontorium. quidpe inter Pelorum & Rhegium millia sunt circiter XVIII. At inter dicta promontoria, quorum illud in Italiâ vulgò nunc dicitur *Coda della volpe*, hoc verò in Siciliâ, *Capo della torre di Faro*, hodiéque numerantur passus CIↃIↃ. quamquàm re verâ, ut egomet, bis fretum hoc transmittens, oculis meis adnotavi, sunt paullo plures. Falsus igitur est Isidorus, prædicto Origin. lib. XIII, cap. XVIII; ubi, *Est autem*, inquit, *arctissimum trium millium spatio, Siciliam ab Italiâ dividens.* Falsus item Thucydides, sub initium lib. VI. Ἐν ἓξ, inquiens, σταδίων μάλιστα μέτρῳ τὸ Ἰονίου διείργεται τὸ μὴ ἤπειρον εἶναι. id est; *Viginti fermè stadiorum intercapidine prohibetur,*

betur, quo minùs sit continens. Falsus item è diverso est Strabo; intervallum hoc VI stadiis paullo longius tradens lib. VI, & VII stadiorum lib. II. Verba eius lib. VI hæc sunt: Ἀπὸ δὲ Καίνυ μέχρι Ποσειδωνίας, τῆς Ῥηγίνων φυλίδος, πορθμῷ διήκει στενωπὸς ὅσον ἑξαστάδιος, μικρῷ ἢ πλέον τὸ ἐλάχιστον διάπερασμα. ἀπὸ δὲ Στηλίδος ἑκατὸν εἰς Ῥήγιον, ἤδη πορθμοῦ πλατυνομένου, περίοδοι πρὸς τὸν ἔξω καὶ πρὸς ἕω Ἰόνιον, τὸν δὲ Σικελικὸν πελάγους καλοῦσιν. Id est: *A Cæny ad Posidonium usque, quæ columna est Rheginorum, freti angustus protenditur meatus, VI circiter stadiorum longitudine. paullo verò longior est brevissimus trajectus. A Columnâ Rhegium usque stadia sunt C; freto jam dilatato, quà ad externum navigatur mare; quod, orientem spectans, Siculum adpellatur.* Libro autem II hæc leguntur: Τὸ δὲ ἑῶον πλευρὸν ἡ Σικελία ἐστὶ, καὶ οἱ ἑκάτερθεν αὐτῆς πορθμοὶ, ὁ μὲν πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἑπτασταδίου, ὁ δὲ πρὸς τὴν Καρχηδόνι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων. Id est: *Orientale huius maris latus est Sicilia & freta ab utrâq; eius parte; quorum alterum ad Italiam VII est stadiorum; alterum ad Carthaginem CIↃIↃ.* Ab Strabone haud dubiè mutuatus est Apollonî Rhodii scholiastes ad lib. IIII ista: Ἡ Σικελία αὐτικρὺ κεῖται τῆς Ἰταλίας. ἔστι δὲ τούτων μέσος πορθμὸς, διέχων σταδίους ἑπτὰ, ἀπὸ Σικελίας εἰς Ἰταλίαν. Id est: *Sicilia ex adverso Italiæ sita est. in medio est fretum, distans ab Siciliâ ad Italiam VII stadiis.* At longè falsissimus est Homerus, Odysseæ lib. XII ita canens:

Οἱ δ' ἤτοι δύω σκόπελοι, ὁ μὲν ἐρεινὸν ἀκρωὶ ἱκάνει
Ὀξείῃ κορυφῇ . * . * .
Τὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει, Ὀδυσσεῦ,
Πλησίον ἀλλήλων· καί κεν διοϊστεύσειας.

Hoc est:

Sunt autem duo scopuli: quorum alter altum cœlum attingit
*Acuto vertice . * . * .*
Alterum verò scopulum humiliorem videbis, Vlysses,
Propè adinvicem. ac sanè jaculo attigeris.

Homerum fortè sequutus Romanus poëta Silius, haud minùs incredibilia tradit lib. XIIII, his verbis:

Sed spatium, quod dissociat consortia terræ,
Latratus, fama est, (sic arcta intervenit unda)
Et matutinos volucrum transmittere cantus.

Atqui latratus undarum, quæ circa Scyllam & alios ante Brutium litus scopulos ingentem perpetuumque illisu suo fragorem reddunt, etiam in arctissimo spatio id prohiberent. Cæterùm longitudo freti apud Plinium, loco suprà scripto legitur XII *millium passuum*. At, quum & Scylla & Charybdis, quæ Messanæ urbi subest, & ipsum adeò Rhegium, VI ampliùs millia ultra Messanam situm, ad fretum cum præscriptis auctoribus collocent complures alii scriptores; numerus iste veræ longitudini longè impar est: siquidem à Scyllâ scopulo, sive Scyllæo opido, quod vulgò nunc incolis dicitur *Sciglio*, ad Rhegium usque sunt millia XX. unde manifestè adparet, numerum in Plinii exemplaribus esse vitiatum. Et testatur id satis disertè divus Hieronymus, in tractatu de locis Hebraicis. ubi totum Plinii locum his verbis inseruit; *Rhegium civitas Siciliæ maritima, vinginti millia passuum à promontorio Peloro secreta; cuius nomen Græcè interpretatur discretio; eò, quòd hæc Siciliæ pars quondam Brutio agro Italiæ cohærens, mox interfuso mari sit avulsa, quindecim passuum in longitudine freto, in latitudine autem duorum modò, juxta Columnam regiam. in quo freto est scopulus Scylla; item Charybdis, mare vorticosum: ambo clara sævitiâ.* Quamquàm hæc etiam à librariis miserè partim mutilata partim immutata sunt. sic quidpe ex Hieronymo transscripsit Beda in tractatu de nominibus locorum in Apostolorum actis: *Rhegium, civitas Siliæ maritima, viginti millibus passuum à Peloro promontorio secreta: cuius nomen Græcè interpretatur diruptio; eò, quòd hæc Siciliæ pars quondam Brutio agro Italiæ cohærens, mox interfuso mari sit avulsa, quindecim millia passuum in longitudine freto, in latitudine autem mille quingenta, juxta Columnam regiam. in quo freto est scopulus Scylla; item Charybdis, mare vorticosum: ambo sævitiâ clara.* Sed hæc etiam ex parte corrupta. Ego ex omnibus simul tribus auctoribus, inter se collatis, ita legendum censuerim: *Cuius nomen Græcè interpretatur diruptio; eò, quòd Sicilia, pars quondam Italiæ, Brutio agro cohærens, mox interfuso mari sit avulsa, XV millium passuum in longitudinem freto, in latitudinem*

FRETI longitudo.

tudinem autem mille quingentûm passuum, juxta Columnam Rheginam. in quo freto est scopulus Scylla; item Charybdis, mare vorticosum: ambo clara sævitiâ. Numeravit autem Plinius XV millia à Scyllâ usque ad Charybdim: utrimque paullum spatii addens, quò uterque locus freto includeretur. At Strabo, dicto lib. VI, spatium quod est inter Columnam Rheginam, sive Cænym promontorium, & ipsum Rhegium non extra fretum ait esse; sed fretum heic jam esse dilatatum. Sed uti ad veram genuinamque freti longitudinem penetremus, *Charybdis* antè explicanda erit.

CHARYBDIS igitur quàm plurimis celebratur auctoribus. Homerus dicto Odysseæ lib. XII; ubi Circe Vlyssi, fretum navigaturo, monita dat:

CHARYBDIS.

Οἱ δ᾽ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν ἕρκανὸν Οὐρανὸ ἱκάνει
Ὀξείῃ κορυφῇ . * . * . * . .
Τὸν δ᾽ ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει, Ὀδυσσεῦ,
Πλησίον ἀλλήλων· καὶ κεν διοϊστεύσειας.
Τῷ δ᾽ ἐν ἐρινεός ἐστι μέγας φύλλοισι πεπυκώς.
Τῷ δ᾽ ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
Τρὶς μὲν γάρ τ᾽ ἀνίησιν ἐπ᾽ ἠματι, τρὶς δ᾽ ἀναροιβδεῖ.

Id est:

Sunt autem duo scopuli: quorum alter cœlum altum attingit
*Acuto vertice . * . * . * .*
Alterum verò scopulum humiliorem videbis, Vlysses,
Propè adinvicem. ac sanè jaculo attigeris.
In hoc caprificus est ingens, foliis florens:
Sub hac diva Charybdis absorbet nigram aquam.
Ter enim egerit quotidiè, terque absorbet.

Et eodem libro posteà; ubi Vlysses navigationem suam per fretum narrat:

Ἡμεῖς δ᾽ στεινωπὸν ἀνεστενάχομεν γοόωντες·
Ἔνθεν μὲν γὰρ Σκύλλ᾽, ἑτέρωθι δ᾽ δῖα Χάρυβδις
Δεινὸν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
Ἤτοι ὅτ᾽ ἐξεμέσειε, λέβης ὡς ἐν πυρὶ πολλῷ,
Πᾶσ᾽ ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη, ὑψόσε δ᾽ ἄχνη
Ἄκροισι σκοπέλοισιν ἐπ᾽ ἀμφοτέροισιν ἔπιπτεν.
Ἀλλ᾽ ὅτ᾽ ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ,
Πᾶσ᾽ ἔντοσθε φάνεσκε κυκωμένη· ἀμφὶ δὲ πέτρη
Δεινὸν ἐβεβρύχει, ὑπὸ δ᾽ ἔνερθε δὲ γαῖα φάνεσκε
Ψαμμῷ κυανέῃ.

Hoc est:

Nos autem angustum illum locum transibamus lugentes:
Ab alterâ enim parte erat Scylla: ab altera diva Charybdis
Horrendùm absorbebat maris salsam aquam.
Et quando evomeret, sicut lebes in igne multo,
Tota immurmurabat conturbata; in altumq. adspergo
Summis scopulis utrimque ruebat.
Quando verò absorbebat maris salsam aquam,
Tota intus adparebat percita: circumq. petram
Horrendum intonabat. infrà autem terra adparebat
Arenâ nigrâ.

Orpheus in Argonauticis:

Δὴ τότ᾽ ὑπὲρ πρώρης ὁλοὸν προΐεσαν ὕδωρ
Νειόθεν· ἐκ μυχάτης δ᾽ ἐβόησε Χάρυβδις
Κύμαλα καχλάζουσα, καὶ ἰσόν ἄκρον ἵκανε.
Νῆα δ᾽ ἄρ᾽ αὐτόθι κάπτεν ῥέον· ἐδδέ μιν εἶα
Προπρηνέα, ἐδ᾽ αὐτίκα ἀναδύσεσθαι ὀπίσω.
Κοίλῳ δὴ λυγρῷ δ᾽ προφάδλῳ ἁλάλητο.

Hoc

Hoc est:

Tunc circùm proram pernicioſa æſtuabat unda
Ex imo fundo: altoque torrente fremebat Charybdis:
Fluctuque reſonanti antennas invadebat.
Navem heic detinebat æſtus; neque eam ſinebat
Vlteriùs progredi, nec ſtatim retrocedere.
Sed immani gurgite in orbem circumverſabat.

Apollonius, in Ἀργοναυτικῶν lib. IIII:

Νῦν ἦ ῥα Σκύλλης σκόπελον μέγαν, ἠδὲ Χάρυβδιν,
Δεινὸν ἐρεύγομένην, δέχεται ὁδός.

Id eſt:

Nunc prope Scyllæ ingentem ſcopulum, atque Charybdin
Horrendùm eructantem, via inſtituenda eſt.

Et paullo pòſt:

Μηδὲ σύ γ' ἦτε Χάρυβδιν ἀμηχανέοντας ἑάσῃς
Ἐσβαλέειν, μὴ πάντας ἀναῤῥώξασα φέρῃσιν·
Ἦτε ῥα Σκύλλης συνεγγὺς κοθμώνα νέεσθαι.

Id eſt:

Tu ne in Charybdim ignaros ſinas
Incidere, ne cunctos abſorbeat;
Neve prope Scyllæ triſtificas latebras accedere.

Virgilius, Aeneid. lib. III:

Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
Obſidet; atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſusq; ſub auras
Erigit alternos, & ſidera verberat undâ.

Et eodem libro poſteà:

Contrà juſſa movent Heleni, Scyllam atq; Charybdin
Inter utramq; viam, lethi diſcrimine parvo,
Ne teneant curſus.

Et Aeneid. lib. VIII:

Quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vaſta Charybdis
Profuit?

Ovidius, Μεταμορφώσεων lib. XIIII:

Scylla latus dextrum, lævum irrequieta Charybdis
Infeſtat. vorat hæc raptas revomitq; carinas.

Et Faſtorum lib. IIII:

Effugit ad Syrteis; & te Zanclæa Charybdis,
Et vos Niſæi, naufraga monſtra, canes.

Item, Triſtium lib. V, eleg. II:

Hinc ego dum muter, vel me Zanclæa Charybdis
Devoret; atq; ſuis ad Styga mittat aquis.

Et Ponticorum lib. IIII, eleg. X:

Nec potes infeſtis conferre Charybdin Achæis:
Ter licet epotet, ter vomat illa fretum.

In epiſtolâ Medeæ ad Iaſonem:

Aut nos Scylla rapax canibus miſiſſet edendos.
Debuit ingratis Scylla nocere viris.
Quæq; vomit totidem fluctus totidemq; reſorbet,
Nos quoque Trinacriæ ſuppoſuiſſet aquis.

Amorum lib. II, eleg. XVI:

Nec quas ſubmerſis ratibus ſervata Charybdis
Fundit, & effuſas ore receptat aquas.

Hinc & A. Sabinus, in epiſtolâ Vlyſſis ad Penelopen:

Illum non avidis canibus Niſeia virgo
Fregit; non tumidis torta Charybdis aquis.

Iuvenalis, Satyrâ XV: —— *In mare nemo*
Hunc abicit, sævâ dignum veràque Charybdi.
Catullus, de Nuptiis Pelei & Thetidis:
Quænam te genuit sòlâ sub rupe leæna?
Quod mare conceptum spumantibus exspuit undis?
Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vâsta Charybdis?
Tibullus, lib. IV, ad Messallam; de Vlysse loquens:
Illum, inter geminæ nantem confinia mortis,
Nec Scylla sævo conterruit impetus ore,
Quum canibus rapidas inter freta serperet undas:
Nec violenta suo consumsit more Charybdis;
Vel si sublimis fluctu consurgeret imo;
Vel si interrupto nudaret gurgite pontum.
Propertius, lib. II, eleg. XVI:
Crede mihi; nobis miteſcet Scylla; nec umquàm
Alternas revomet vasta Charybdis aquas.
Et lib. III, eleg. XI:
Scyllaque, & alternâ sæva Charybdis aquâ
Hyginus μυθολογικῶν cap. CXXV; quod est de Vlyssis erroribus: *Ad Charybdin perlatus; quæ ter die absorbebat, terque eructabat aquas. eam monitu Tiresiæ prætervectus est.* Mela, supràdicto lib. II, cap. VII; de Freto loquens: *Id angustum & anceps; alterno cursu modò in Tuscum modò in Ionium perfluit, atrox, sævum, & Scyllæ Charybdisque sævis nominibus inclytum. Scylla saxum est; Charybdis mare vorticosum: utrumque noxium adpulsis.* Plinius, lib. III, cap. VIII: *In eo freto est scopulus Scylla; item Charybdis, mare vorticosum: ambo clara sævitiâ.* Isidorus, lib. XIII, cap. XVIII: *Est autem [fretum] arctissimum trium millium spatio, Siciliam ab Italiâ dividens; fabulosis infame monstris, quibus hinc inde Scylla & Charybdis ostenditur. Charybdis dicta, quòd gurgitibus occultis naveis absorbeat. est enim mare vorticosum: & inde ibi laniata naufragia profundo emergunt. Ter autem in die erigit fluctus: & ter absorbet. nam accipit aquas, ut vomat; vomit, ut rursus accipiat.* Rectiùs apud Monachum Autissiodurensem, qui totum hunc locum in Chronicon suum transscripsit, *profundo immerguntur.* Idem Isidorus lib. XIIII, cap. VI: *Sicilia; in cuius freto Scylla est & Charybdis; quibus navigia aut absorbentur aut colliduntur.* Absorbentur Charybdi; colliduntur Scyllâ. Servius, ad præscriptum priorem locum Virgilii in Aeneid. lib. III: *Scylla in Italia est; Charybdis in Sicilia.* & mox: *Charybdis, in Siciliæ parte posita, femina fuit voracissima, ex Neptuno & Terrâ genita: quæ quia boveis Herculis raput, fulminata à Iove est, & in mare præcipitata. unde naturam pristinam servat. nam sorbet universa, quæ prehendit, &, secundùm Sallustium, ea circa Tauromenitanum egerit litus. De hac Cicero in Philippicis ait: Charybdis, quæ si fuit animal, fuit unum.* & exiguo pòst: *Trahentem. Sallustius: Quòd fortè inlata naufragia sorbens gurgitibus occultis millia sexaginta Tauromenitana ad litora trahit. Ergo & sorbet, & trahit, & detrahit Sallustio.* Integra Ciceronis verba sunt hæc in Philippicâ II: *Quæ Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quæ si fuit, animal fuit unum.*

CHARYBDIS *quid.* Cæterùm, quid propriè Græcis notaverit vocabulum Χάρυβδις, CHARYBDIS, ostendit Strabo lib. VI: Ὀρόντης ἐν τῇ Συρίᾳ, inquit, καταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας, ὃ καλοῦσι Χάρυβδιν, ἀναπέμπει πάλιν ἐν μ σταδίοις. Id est: *Orontes in Syriâ absorptus hiatu, qui inter Apameam & Antiochiam dicitur Charybdis, post XL stadia rursum emergit.* Ergo Χάρυβδις nihil aliud est, quàm *hiatus terræ vel vorticosi maris, quo aquæ absorbentur.* Hinc Isidorus, prædicto lib. XIII, cap. XVIII: *Charybdis dicta, quòd gurgitibus occultis naveis absorbeat.* Et Tzetzes ad Lycophronis Alexandram: Χάρυβδις, τὴ ὕδατος ἀναῤῥοίβδησις. id est: *Charybdis, aquæ absorbitio.* Hesychius: Χάρυβδις, χάσμα θαλάσσης, ἢ καταιγίς. Χάρυβδις, ἡ ἀναπνομένη θάλασσα. id est; *Charybdis, hiatus maris, sive procella. Charybdis, mare absorptum.* Svidas: Χάρυβδις, ἡ ἀναπνομένη θάλασσα περὶ τὰ Γάδειρα, καὶ πάλιν ῥαγδαίως ἐπαναστρέφουσα. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ εἰς χάος καὶ ὄλεθρον καταγον. Id est: *Charybdis, mare absorptum circa Gades, ac rursum cum impetu remeans. dicitur autem ab eo, quòd in hiatum atque exitium trahat.* Eadem hæc verba referunt Favorinus & Etymologus; nisi, quòd pro ῥαγδαίως habeant ῥαγδαιπόρως, id est, *maiori cum vi atque impetu*; & pro ἀπὸ, mendosè πᾶν. addunt verò insuper ista: οἱονεὶ εἰς χάος βαῖνον.

βαῖνον· id est; *quasi in hiatum descendens*. At verior ἐτυμολογία ista; Εἰς χάσ-ρου βόσβησις· id est; *In hiatum* seu *gurgitem absorbitio*. Didymus, Homeri scholiastes, ad Odyss. lib. XII ita describit: Χάρυβδις, θαλάσσης βάθος αἰσπλικόν· id est; *Charybdis, gurges, quo mare absorbetur*. Et ita Eustathius etiam, ad eumdem poëtæ locum: Φέρεται δὲ ὡς πρὸς τοὺς ἀρχαίους ἡ ὀλη Χάρυβδις θαλάσσης βάθος· ἐστὶν αἰσπλικόν [lege ut apud Didymum αἰσπλικόν.] ᾧ συλλαλεῖ καὶ ὁ μεταβολεὺς Δημοσθένης, εἰπὼν, ὀλη τῷ φυτῷ ὑποκεῖσθαι ἡ ὀνομαζομένη μὴν Χάρυβδις, αὐτὸ δὲ τοῦτο ἄμπωτις πελάγους βιαιοτάτη, καὶ αὖθις πλημύρα. Hoc est: *Aiunt veteres, Charybdim esse gurgitem, quo mare absorbetur. cui rei etiam adsentitur interpres Demosthenes; dum ait, sub arbore sitam fuisse Charybdim; hanc verò esse maris absorbitionem violentissimam; rursumque eiusdem inundationem*. Vetus glossarium: Χάρυβδις, *vorago*.

Cæterùm in ipso *Freto Siculo* fuisse hanc *Charybdim*, ex suprà scriptis auctorum locis intelleximus. Ovidius verò locum eius in freto indicare voluit certum, dum *Zancleam* cognominat; id est, *Messanensem*. sic enim Tzetzes ad Lycophronem: Ἡ Χάρυβδις καὶ ἡ Σκύλλα πλησίον εἰσίν· ἡ μὲν γὰρ Χάρυβδις περὶ Μεσσήνην ἐστὶ, ἡ δὲ Σκύλλα περὶ τὸ Ῥήγιον. id est: *Charybdis & Scylla vicinæ inter se sunt. Charybdis enim est circa Messanam; Scylla verò circa Rhegium*. Et posteà: Σκύλλα περὶ τὸ Ῥήγιον τῆς Σικελίας· ἧς πλησίον καὶ ἡ Χάρυβδις, περὶ Μεσσήνην. id est: *Scylla est circa Rhegium, Siciliæ opidum: eique contermina est Charybdis, circa Messanam*. Svidas equidem περὶ τὰ Γάδειρα, id est, *ad Gadeis* Charybdim collocat: & ita ex ipso transcripserunt Favorinus & Etymologus. verùm hoc eo errore à Svidâ factum puto; quòd antiquis auctoribus sæpissimè utrumque fretum, tam Gaditanum quàm Siculum, simpliciter sine cognomento memoretur. ubi ille, quum legeret Charybdim esse in freto, in Gaditano eam esse, conjecit. Sed de nostrâ hac in Siculo freto Charybdi omnium quàm exactissimè Strabo lib. VI, post memoratam Messanam, ita scribit: Δείκνυται καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τῷ πορθμῷ βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ καὶ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ καταγόσιν ἀφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συρροῆς καὶ ὄγκης μεγάλης. καταποθέντων δ' ἢ καὶ ἀναλυθέντων τὰ ναυάγια πρὸς-φέρεται πρὸς γῆ̈να τὰ Ταυρομενίας, ὃ καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τούτου Κοπρίαν. Id est: *Monstratur & Charybdis paullo ante urbem in freto, profunditas quædam horrenda; in quam freti æstus ob naturam loci facilè abripiunt navigia inversa, cum circumagitatione & fluctus procellâ ingenti. quorum absorptorum dissolutorumque fragmenta ad litus devolvuntur Tauromenitanum: quod ab hoc argumento Sterquilinium adpellatur*. Eadem hæc in suos commentarios transcripsit Eustathius, ad dictum Homericæ Odysseæ lib. XII. Seneca Epist. LXXIX. *Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desidero. Et si fortè observaveris; fac nos certiores, utrum uno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas æquè mare illud contorqueat: & an verum sit, quidquid illo freti turbine abreptum est, per multa millia trahi conditum, & circa Tauromenitanum litus emergere*. Nostri verò sæculi scriptor Siculus, Thomas Fazellus, Sicular. rer. decad. I, lib. II, cap. I, in eamdem sententiam scripsit his verbis: *Charybdis, ex parte Siciliæ, paullo supra Messanam, & à Scyllâ passuum millia* XV *ad meridiem discreta, mare ferventissimum, profundum, immensum, ac sævum est. quum namque fretum hoc duobus promontoriis geminoque litore coarctetur; parvo primùm, mox, sensim paullatimque ad meridiem aperientibus sese angustiis, latioris maris intervallo dilatatur. quumque non procul absit à curvato litore, quod Messanæ portum complectitur; maris aquæ in profundum semper per circumductiones & vortices declinantes, & modò in abruptum barathrum abeunte freto, modò cum impetu & fluctuum collisorum fragore supinâ facie resiliente mari, vastum hiatum & immensam voraginem conficientes, occurrunt. quæ inundationes mirum in modum per gyros & contrarios cursus navigia & obvia quæque absorbent, ut ne naufragium quidem ullum ibi natans adpareat. simul etenim, subsidentibus aquis, in mare navigia rapiuntur, & ad interna vi spiritus pertrahuntur: quumq; pari impulsu circùm undique agitentur; ad ima ferri, necesse est. Absorptarum autem dissolutarumque navium fragmenta per multa passuum millia ad Tauromenitanum & vicinum usque litus ductu subaquaneo adpelluntur: ubi tandem Charybdis ipsa, quæ absorbuerat, revomit; prout usu ferè quotidiano experimur, & Sallustius & Strabo memoriæ prodiderunt. Hunc locum, omnino periculosissimum & naufragiis infamem, Charybdim Græci adpellarunt: quod rapidè cadere lib. IV interpretatur Thucydides. à nostris verò Calopharum, quod Latinè bonum sive pulcrum lumen est, hodiè etiam vocatur: ob id, quòd ad proximum Brachium S. Rainerii, curvum litus, altera sit specula, quæ cautum prætervectoris contra vicinæ Charybdis minas lumen prærigit*. Hæc sanè Fazellus videtur ad Strabonis magis sententiam verbis ampliasse, quàm quòd

CHARYBDIS *ubi*.

rem ipsam edoctus ita fuerit. At longè aliter eâ de re sensit Homerus, in prædicto Odysseæ lib. XII; ubi ita canit:

Τὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψῃ, Ὀδυσσεῦ,
Πλησίον ἀλλήλων, κ' ἰὸν τανύσσαις.
Τῷ δ' ἐν ἐρινεός ἐστι μέγας φύλλοισι τεθηλώς.
Τῷ δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖται μέλαν ὕδωρ.

Id est:

Alterum verò scopulum humiliorem videbis, Vlysses,
Propè adinvicem. & sanè jaculo attigeris.
In hoc caprificus est magna, florentibus foliis.
Subque eâ diva Charybdis nigram absorbet aquam.

Et eodem libro posteà; ubi narrat, qua ratione Vlysses ab Freto ad Solis statim insulam, id est Siciliam, pervenerit; atque inde, post mactatos à sociis comestosque Solis boves, tempestate per vastum æquor jactatus, tandemque ad Charybdim rejectus sit, ubi ita canit:

Αὐτὰρ ἐγὼ Δι᾽ νηὸς ἐφοίτων, ὄφρ᾽ ὁπότε πίχας
Λύσε κλύδων τρόπιος· τὼ δὲ ψιλὼ φέρε κῦμα·
Ἐκ δὲ οἱ ἰξὺν ἔαξε ποτὶ τρόπιν. αὐτὰρ ἐπ᾽ αὐτῷ
Ἐπίτονος βέβλητο βοὸς ῥινοῖο τετυχώς.
Τῷ ὅ᾽ ἄμφω ζωέργον ὁμῶ τρόπιν ἠδὲ Ϲ ἰξύν.
Ἐζόμην δ᾽ ὅπτι πῆς, φερόμην ὀλοῇσιν ἀνέμοισιν.
Ἔνθ᾽ ἦτοι Ζέφυρος μὲν ἐπαύσατο λαίλαπι θύων·
Ἦλθε δ᾽ ὅπτι Νότος ὦκα, φέρων ἐμῷ ἄλγεα θυμῷ,
Ὄφρ᾽ ἔτι τὼ ὀλοὼ ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν.
Παννύχιος φερόμην· ἅμα δ᾽ ἠελίῳ ἀνιόντι
Ἦλθον ὅπτι Σκύλλης σκόπελον δηλόν τε Χάρυβδιν,
Ἡ μὲν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
Αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ μακρὸν ἐρινεὸν ὑψόσ᾽ ἀερθείς,
Τῷ πρὸς φὼς ἐχόμην, ὡς νυκτερίς· οὐδέπη εἶχον
Οὔτε στηρίξαι ποσὶν ἔμπεδον, οὔτ᾽ ὀρθιβλῶσαι.
Ῥίζαι γὰρ ἑκὰς ἦσαν, ἀπήωροι δ᾽ ἔσαν ὄζοι,
Μακροὶ τε μεγάλοι τε, καλεσκίαον ᾗ Χάρυβδιν.
Νωλεμέως δ᾽ ἐχόμην, ὄφρ᾽ ἐξεμέσσεν ὀπίσω
Ἱστὸν Ϲ τρόπιν αὖτις. ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
Οὖψ· ἦμος δ᾽ ὅπτι δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέσῃ,
Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν,
Τῆμος δὴ τά γε δέρεα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.
Ἦκα δ᾽ ἐγὼ καθύπερθε πόδας Ϲ χεῖρε φερεσσ.
Μεσσῳ δ᾽ ἐνδύπησα παρὲξ πελεμήκεα δέρεα.
Ἐζόμην δ᾽ ὅπτι τοῖσι διήρεσι χερσὶν ἐμῇσι.
Σκύλλῃ δ᾽ οὐκ ἔλα ἔασε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Εἰσιδέειν. ἐ γάρ κεν ὑπεκφυγον αἰπὺ ὄλεθρον.
Ἔνθεν δ᾽ ἐννῆμαρ φερόμην. δεκάτῃ δέ με νυκτὶ
Νῆσον ἐς Ὠγυγίην πέλασαν θεοὶ ἔνθα Καλυψὼ
Ναίει ἐϋπλόκαμος.

Hoc est:

At ego per navim incedebam, donec latera
Solvebat vis tempestatis carinæ; quam inermem ferebat fluctus.
Evulsum enim malum fregerat usque ad fundum. cæterùm super ipsò
Lorum revinctum erat, bovis è corio factum.
Hoc utrumq; colligavit, carinam simul & malum.
Sedens autem ego super hæc ferebar pernicioſis ventis.
Ac tunc sanè Zephyrus quidem cessavit turbine sævire:
Supervenit autem protinus Notus, dolores animo meo ferens;
Donec rursus ad perniciosam diverterer Charybdin.
Totâ nocte ferebar. simul autem Sole oriente
Veni ad Scyllæ scopulum horrendamq; Charybdin:

Quæ

Quæ absorpsit maris aquam salsam.
At ego ad altam caprificum altè levatus,
Huic implicitus tenebar, veluti vespertilio: neque uspiam potui
Vel stabilire pedem firmiter, vel adscendere,
Radices quidpe longè erant: distantesq; erant rami,
Longinqui, ingentesq;: obumbrabantq; Charybdin.
Indesinenter autem tenebam: donec evomeret retrorsum
Malum atque carinam denuò. cupientique mihi évenit
Serò tandem. nempe quando ad cœnam judex è foro surgit,
Judicatis multis litibus litigantium virorum;
Tunc tandem hæc ligna è Charybdi adparebant.
Ego verò sensim me pedibus manibusque desuper demittebam.
At in medio cecidi cum sonitu extra oblonga ligna.
Sedens autem super ea remigavi manibus meis.
Scyllam verò haud ampliùs permisit pater hominumq; deúmq;
Conspicere. neque enim effugere potuissem sævam mortem.
Hinc autem novem diebus ferebar. ac decimâ demum noctu
Insulam in Ogygiam me adpulerunt dii: ubi Calypso
Habitat pulcricoma.

Ergo secundùm Homeri sententiam *Charybdis* sub ipso est Peloro promontorio. eaque eodem loco eodemque gurgitis ore navigia rursum egerit, quo absorbet. At hoc manifestò falsum esse, ipsa ratio quotidianaque eiusmodi in hiatibus ac vorticibus docet experientia. Homerum haud satis gnarum fuisse huius freti, vel inde patet, quod Pelorum promtorium ait esse *scopulum:* eumque ad teli jactum ab Scyllâ dissitum. item, quòd fluctus, à Charybdi in sublime egestos, verberare tradit circumjectos scopulos. *Caprificus* equidem heic frequens est: at paullo interiùs ab ipso Pelori extimo litore remota.

Ego sanè, quum *Charybdis* noscendæ gratiâ aliquot dies Messanæ subsisterem; & ex hominibus eius loci, maximè verò nautis, non Siculis modò & Italis, sed & Belgis, Britannis, & Gallis, qui hoc fretum frequentes navigant, diligentiùs eam rem scisciterer: nihil omnino certi ab ipsis perdiscere potui. adeò scilicet totum negotium omnibus obscurum & incognitum erat. Tandem tamen reperi, *Charybdin,* quæ incolis patriis vocabulis dicitur *Calofáro* & *La Rema,* sub prædictâ ad Messanensem portum pharo esse mare rapidè fluens atque in vertices actum: quod non τρὶς ἐπ' ἦμαϑ, ut tradit Homerus, id est, *singulis diebus ter,* absorbet ingenti gurgite revomitque aquas; sed quoties vehementiori ventorum flatu fretum concitatur; maximè verò austro. unde etiam illud Silii, lib. XIIII:

Ausoniæ pars magna jacet Trinacria tellus,
Vt semel, expugnante Noto & vastantibus undis,
Accepit freta, cæruleo propulsa tridente.

Et item istud Iuvenalis, in Satyrâ V:

Virroni muræna datur, quæ maxima venit
Gurgite de Siculo. nam dum se continet Auster;
Dum sedet, & siccat madidas in carcere pennas;
Contemnunt mediam temeraria lina Charybdim.

Item Senecæ, Consolat. ad Marciam cap. XVII: *Illa fabulosa Charybdis, quàm diu ab austro vacat, quieta est. at si quid inde ventus spiravit, hiatu magno profundoque sorbet navigia.* Etenim, quum longè impetuosior velociorq; sit undarum fluxus ab septemtrionibus in austrum, quàm hinc refluxus versùs septemtriones; si quando vehementiores flatus ab austro exoriantur; ea scilicet geminata & sibi invicem obvia in angusto freto vis, hinc venti, illinc fluxus, ita aquas comprimit & inter se collidit, ut in sublime evehantur; rursumque ingenti suâ mole ac pondere in imum dehiscant: non tamen in tantùm, uti *interrupto nudetur gurgite pontus:* ut ait Tibullus, loco suprà scripto; Homeri haud dubiè imitatus istud: — Τ' πίνερθε δὲ γαῖα φάνεσκε Ψάμμῳ κυανέῃ· id est; *Infrà terra adparebat Arenâ nigrâ.* Qua de re ita eum reprehendit scholiastes eius Eustathius: Τὸ μὴ τοι τὼ Χάρυβδιν εἰς τὸ παντελὲς ἀναπίνεσθαι, ὡς καὶ τὼ ἄμμον ἢ ταὶς ὑπωκρήμνους πέτρας φαίνεσθαι, εἶτ' αὖθις πάλιν ἀνιέναι, ἤδεις ἱστόρησεν ἀληθὲς εἶναι· πλαδῶσαι δὲ ἄλλως

δὲ ἄλλως αὐτὸ ὑποπαίζειν ὑπὸ ἀμπώτιων γινομένων ἀλλαχῆ. Hoc est: *Charybdin quidem ita prorsus absorberi, uti etiam arena & prærupta saxa adpareant, rursumque egeri, nemo est, qui verum esse tradiderit. at fictum tamen suspicantur ab æstus reciprocationibus, quæ alibi fiunt.* Cæterùm, prîusquàm primi illi fluctus desidant, jam alii eâdem vi attolluntur. unde fit, uti navigia intra se deprehensa & concluſa demergant abripiantque, quæ tandem in Tauromenitanum litus deferuntur: non equidem per subaquaneos aliquos specus; sed vehementioris fluxus è septemtrionibus in meridiem provolutione. quia hucusque fluxus refluxusque freti ab Vaticano Italiæ promontorio per LXX fermè millia passuum sese extendit. Id verò periculi minoribus tantùm navigiis, quibus pleraque Italia Siciliaque utitur, vocantque vulgò *barcas* sive *felúcas*, evenire adfirmabant nautæ nostri Germani atque Britanni. suas autem naveis maiores impediri quidem eiusmodi vehementioribus fluctibus, quo minùs commodè progredi queant: at periculi nihil inesse, nec uno tantùm loco, nempe sub prædictâ turri seu pharo ad Messanam id accidere; sed etiam sub ipso extimo Pelori excursu. ubi ad latus eius austrinum perpetuus & immensæ altitudinis sub ipso arenoso litore mihi monstratus est gurges. In quem locum quum nuper, austro flante, Panormitana incidisset triremis; in orbem circumactam ac penè absorptam fuisse, vixque ingenti omnium remigum, quibus instructissima erat, adnisu periculum evasisse, narrarunt mihi Messanæ quidam Hollandi, qui eâdem triremi vecti fuerant. Atque huc fortasse respexit Homerus, quum sub ipso Pelori scopulo Charybdim esse traderet. quem etiam sequutus videtur Latinus poëta Ovidius, in poëmate in Ibin conscripto, his versibus:

Vt quos Scylla vorax Scyllæque adversa Charybdis
Dulichiæ pavidos eripuêre rati.

Et item scholiastes Apollonii, ad Ἀργοναυτικῶν lib. IIII. ita commentans: Τῶν δὲ τριῶν τῆς Σικελίας ἀκρωτηρίων ἀφορᾷ πρὸς Ἰταλίαν ἡ Πελωρίς. ὑποκειται δὲ αὐτῇ Χάρυβδις. id est: *Ex tribus Siciliæ promontoriis Italiam spectat Pelorus; sub quo sita est Charybdis.* De iis montibus poterat inaudivisse videri Homerus, qui Messanæ pariter & Charybdi simulque Peloro, licet huic à longinquo, imminent; nisi hi non χθαμαλώτεροι, id est, *humiliores*, verùm multo sublimiores essent Scyllæ scopulo. Sed eadem haud dubiè ratio fuit Thucydidi, antiquissimo juxtà & gravissimo rerum auctori, cur non unum certum locum, sed totum fretum vocaret *Charybdin*. Verba namque eius lib. IIII hæc sunt: Εἰ γὰρ κρατήσαιεν τῷ ναυτικῷ, τὸ Ῥήγιον ἤλπιζον, πεζῇ τε καὶ ναυσὶν ἐφορμοῦντες, ῥᾳδίως χειρώσασθαι, καὶ ἤδη ἰσχυρὰ τὰ πράγματα γίγνεσθαι. ξυνιόντας γὰρ κεμρὸν ἔτι τε Ῥήγιόν ἀκρωτηρίον τῆς Ἰταλίας, καὶ τὰ Μεσσήνης τῆς Σικελίας, πᾶσι Ἀθηναίοις τε οὐκ ἀνεῖναι ἐφορμεῖν καὶ τὸν πορθμὸν κρατεῖν. Ἔστι δὲ ὁ πορθμὸς, ἡ μεταξὺ Ῥηγίου θάλασσα καὶ Μεσσήνης· ὑπερβραχύταλον Σικελία τὸ ἠπείρου ἀπέχει. καὶ ἔστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο· ἢν Ὀδυσσεὺς λέγεται διαπλεῦσαι. διὰ στενότητα δὲ οὐκ μεγάλων πελαγῶν, ἔτι τε Τυρσηνικοῦ καὶ ἔτι Σικελικοῦ, ἐκπίπτουσι ἡ θάλασσα ἐς αὐτὸ, καὶ ῥοώδης ἐστὶ, εἰκότως χαλεπὴ νομίζεται. Hoc est: *Sperabant enim, si classe vicissent, terrâ marique aggressos se Rhegio potituros; ac res suas jam potentiores futuras. & quum propinqua inter se sint, Rhegium Italiæ promontorium & Messana Siciliæ opidum; se non permissuros, ut ingrederentur Athenienses, fretumque obtinerent. Est autem fretum, mare inter Rhegium atque Messanam; quà brevissimo intervallo Sicilia distat à continente. Et hoc illud est, quod Charybdis adpellatum fuit. quà Vlysses fertur transnavigasse. Haud abs re autem sæva existimata est; quum rapidè cadat per angustias magnorum pelagorum, Tyrrheni ac Siculi.* En, ut disertè claréque totum *fretum*, id est, *fauces*, sive, ut Apollonius vocat μιξοθάλασσαν, seu, quemadmodùm Manilius, *portam Tyrrheni Siculique maris*, Thucydides adpellat *Charybdin*. à quo locum eum mutuatus est Eunapius in vitâ Porphyrii: quamquàm verba eius postmodùm corrupta fuerunt. sic quidpe hodiè in vulgatis exemplaribus leguntur: Διαπλώσας εἰς Σικελίαν τὸν πορθμὸν [καὶ τὴν] Χάρυβδιν, ἣν ὁ Ὀδυσσεὺς ἀναπλεῦσαι λέγεται, πάλιν μὲν οὔτε ἰδεῖν ὑπέμεινεν, οὔτε ἀνθρώπων ἀκοῦσαι φωνῆς. ζωτείνας δὲ ὅπῃ Λιλύβαιον ἑαυτὸν (τὸ δὲ ἐστὶ τῶν τριῶν ἀκρωτηρίων τὸ πρὸς Λιβύην ἀνατεῖνον ἐς ὁρᾶν) ἔκειτο καταστένων καὶ ὑποκαρτερῶν, τροφήν τε οὐ προσιέμενος. Quæ ita vertit interpres: *Transmisit in Siciliam, trajecto freto ad Charybdim, quà Vlysses enavigasse perhibetur; quòd neque Romam jam in oculis ferebat, neque voces hominum ampliùs admittebat. Inde Lilybæum contendit, quod unum est è tribus Siciliæ promontoriis, Asiam versùs porrectum atque respiciens: ubi jacuit, in suspiriis vitam trahens, & inediâ se macerans, cibique nihil*

CHARYBDIS *est totum fretum, fluxum refluxumq; maris patiens.*

nihil admittens. At geminus heic est & satis turpis error. primò enim non animadversum, priora illa verba de *freto Charybdi* è Thucydidis, ut dixi, historiâ esse desumta: nec opus habere inclusis istis duabus vocibus [καὶ τὸν]; quæ imperitè à sciolo, quiscumque is fuerit, grammatico inserta sunt. tum reliqua perperam de urbe Româ intellecta sunt; quum sensus totius loci hic sit: *Transgressus in Siciliam per fretum Charybdim, quà Vlysses enavigasse perhibetur, neque urbem ullam videre sustinuit, neque hominum vocem audire: Lilybæumque progressus, quod unum è tribus Siciliæ promontoriis in Africam protenditur eamq; respicit; in suspiritis jacuit; inediâ se macerans, nihilque cibi admittens*. Sed ad fretum à diverticulo, quò digressi sumus, revertamur. Pausanias in Eliacis ita scriptum reliquit: Μεσσηνίοις, οὓς ὀπὶ τῷ πορθμῷ, καθ' ἕκαστον δὴ τὸ ἀρχαῖον καθ' ἕτος πέμπουσιν εἰς Ῥήγιον χορὸν παίδων πέντε ἀριθμὸν καὶ τριάκοντα, καὶ διδάσκαλόν τε ὁμοῦ τῷ χορῷ, καὶ ἄνδρα αὐλητὴν, ἐς ἑορτὴν ἅτινα τῶν Ῥηγίνων ὀπιχώριον, κατέλαβεν αὐτοὺς πλοῖα συμφορᾷ μηδενὶ ὄπισω τῶν ἀποσωθέντων σφίσιν ἀποσωθῆναι, ἀλλὰ ἡ ναῦς, ἡ ἄγουσα τοὺς παῖδας, ἠφανίσθη ζῶσα αὐτοῖς καὶ ἔμβυθος. ἔστι γὰρ δὴ ἡ καθ' ἕκαστον τὸν πορθμὸν θαλάσσα τὸν πορθμὸν θαλάσσης χειμερωτάτη πάσης. οἵ τε γὰρ ἄνεμοι παράγουσιν αὐτὴν, ἀμφοτέρωθεν τὸ κῦμα ἐπάγοντες, ἐκ μὲν Ἀδρίου καὶ ἐξ ἑτέρας πελάγους, ὁ καλεῖται Τυρσηνόν. ἔστι τε καὶ ἀνέμων ἀπὴ πνεύματα, ὁ δὲ καὶ τηνικαῦτα ὁ πορθμὸς κίνησιν βιαιοτάτην αὐτὸς ἐξ αὑτοῦ καὶ ἰσχυρὰς παρέχεται παλιρροίας· θηρία τε τοσαῦτα ἐς αὐτὸν τὰ ἀθροίζομενά ἐστιν, ὡς καὶ τὸν ἀέρα τὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης πᾶσιν ἀναπίπλασθαι τῶν θηρίων τὴν ὀσμήν· ὡς σωτηρίας γε ἐκ μὲν πορθμοῦ μηδὲ ἐλπίδα τὴν ὑπολείπεσθαι ναυαγίῳ. Εἰ δὲ ἐνταῦθα ζωπέσοι καὶ Ὀδυσσεῖ διαφθαρῆναι τὴν ναῦν, ἄλλως μὲν οὐκ ἂν ἧς πείθοιτο ἐκνήξασθαι ζῶντα ἐς τὴν Ἰταλίαν αὐτόν· τὸ δὲ ἐκ τῶν θεῶν ἵλεως ὀπὶ παντὶ ἐργάζεται ῥᾳστώνῃ. Hoc est: *Quum Messenii, qui ad fretum habitant, pro veteri consuetudine, quam singulis annis observant, Rhegium* XXXV *puerorum chorum mitterent, cumque his chori magistrum & tibicinem, ad agitandum solenne Rheginis festum; contigit, ut, nave cum vectoribus absorptâ, perierint omnes, nec quisquam ad suos ex eâ calamitate salvus redierit. Est enim fretum hoc omnium aliorum pelagorum maximè procellosum. siquidem venti id concitant; utrimque fluctus, hinc ex Adriatico, illinc ex Tyrrheno mari, invehentes. quin & quum venti posuêre, ea est influentis ac refluentis pelagi ex sese concitatio, tamque gravis belluarum magnâ copiâ innatantium odor, ut naufragis nulla salutis reliqua fiat spes. Quòd si navem hoc in freto Vlysses fregisset; non ille quidem in Italiam incolumis enatasset. verùm deorum benignitas in omnibus allevationem adfert*. Enimverò quamvis Messanensium pueri *Charybdim* illam sub Messanâ transjecerint, Rhegium petentes; tamen heic nullam nominat Pausanias; sed naturam eius, unà cum Thucydide, universo tribuit freto. Sic & Didymus, prædicto loco, ad Odysseæ lib. XII, non ad Messanam, veluti certum aliquem hiatum, ponit Charybdin; sed in prædictâ Thyrreni Adriaticique maris μιξοδίᾳ. Χάρυβδις, inquit, θαλάσσης βάθος ἀναπλικόν. ἔστι δὲ μεταξὺ μὲν Ἀδρίᾳ καὶ τυρρηνικῇ πελάγους. id est: *Charybdis, profunditas, qua mare absorbetur*. Et clariùs Eustathius, ad eumdem poëtæ locum: Φέρεται δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ὅτι Χάρυβδις θαλάσσης βάθος ἐστὶν ἀναπλικὸν, μεταξὺ μὲν Ἀδρίου καὶ τυρρηνικῆς πελάγους. ᾧ συλλαλεῖ καὶ ὁ μεταβολὰς Δημοσθένης εἰπών, ὅτι τῷ φυτῷ ὑπέκειτο ἡ ἐνομαζομένη μὲν Χάρυβδις, αὐτὸ δὴ τοῦτο ἄμπωτις μὲν πελάγους βιαιοτάτη, καὶ αὖθις πλημύρα. Id est: *Aiunt veteres, Charybdim esse profunditatem, qua mare absorbetur, inter Adriaticum Thyrrenumq; pelagus. cui rei etiam adsentitur interpres Demosthenes; dum ait sub arbore sitam fuisse Charybdim, quæ nihil aliud sit, quàm vehementissimum maris defluxum atque refluxum*. Sed omnium optimè Ioannes Tzetzes in Chiliadibus:

Ἡ Σκύλλα καὶ ἡ Χάρυβδις εἰσὶ τὴ Σικελίας.
Ἀλλ' ἡ μὲν Σκύλλα πέφυκε τῶν ἀκρωτηρίων,
Πάνυ δεινὸν καὶ δύσπορον ἕρμασι τὴ καὶ πέτραις,
Καὶ θαλασσίοις θηρσὶ, βλάπτουσιν ἃ μετρίως.
Ἡ Χάρυβδις δὲ ῥεῦμά ἐστιν ὀφνὸν ἐστιν ἐκεῖσε,
Λέβητος δίκην συροφαῖς δεινῶς ἀναπαχλάζων.
Δεινὸν δ' αὐτὸν ἐργάζονται τὸν Χάρυβδιν τὸ ῥεῦμα
Οἱ πλόμοι, ὁ Σένων τε ὁμοῦ καὶ ὁ Ἀδρίας,
Εἰς πέλαγος τὸ ἰόνιον εἰσβάλλοντες καὶ ἄμφω.
Ἄλλοι δὲ τρία λέγουσιν, ἃ σὺν πελάγη φέρουσα,
Ποιεῖν δεινὸν τὸν Χάρυβδιν, ἐπιῤῥέοντα τὸ ῥεῦμα.
Ἐκ μὲν δυσμῶν τὸ Τυρσηνὸν, ὁ ξενοπλοῦν ὑπάρχον·
Ἐκ νότου δὲ τὸ Σικελικὸν ὁμοῦ καὶ τὸ τῆς Κρήτης·

Ἐκ δ' βορᾶ ἠώας τε πάλιν τὸ δ' Ἀδρίᾳ·
Ὁ πέλαγο Ἰόνιον καλεῖτω τὸ Ἀδρίᾳ.
Εἰς γὰρ στενὸν τὸ Τυρσηνὸν πέλαγο κεκλεισμένον
Τὸ πνεῦμα, καὶ ὠθούμενον ἐκ πελαγῶν τ' ἄλλων,
Μὴ ἔχον ἢ ἐκπνεῦσιν, δεινῶς στροφοδινεῖται,
Μορμύρον δίκλω λέβητο πυρὶ τεθερμασμένῳ.

Hoc est:

Scylla atque Charybdis sunt ad Siciliam.
Scylla fuit quoddam promontorium,
Valdè periculosum, & ob scopulos ac petras trajectu difficile,
Simulque ob marinas feras, haud modicè noxias.
Charybdis autem grave illic est malum,
Lebetis instar vorticibus sævè obstrepens.
Sævam autem eam reddunt fluxu
Flumina, Seno simul & Adria,
Ambo in mare Ionium erumpentes.
Alii verò tria maria aiunt, quæ tibi dicam,
Facere sævam Charybdin; quæ exaugent æstum.
Ab occasu Tyrrhenum; quod angustissimum est;
Ab austro Siculum simul & Creticum:
A septemtrionibus & ortu Adriaticum;
Quod Ionium vocatur.
In angustum igitur Tyrrhenum mare conclusus
Ventus, ab aliisque pelagis impulsus,
Efflationemque nullam habens; vehementer in turbinem circumagitur,
Strepitum edens cacabi instar igne excalefacti.

Hinc ἠνεμόεσσα dicitur Πελωρὶς Dionysio, orbis terræ descriptori; id est, *Ventosa Peloris*. Quæ autem istæ sint Tzetzis nugæ de *Senone & Adriâ fluminibus*, in Italiâ ostensum est. cæterùm, quamvis duo heic nominet quasi diversa maria, *Siculum*, sive *Creticum*; & *Adriaticum*, sive *Ionium*: tamen unum dumtaxat mare fretum à meridie contingit; quod & *Siculum*, & *Adriaticum*, & *Ionium* vocatur. cum hoc ab septemtrionibus in ipso freto concurrit *Tyrrhenum*. At multo peius de his nugatur frater eius, Isacius Tzetzes, Lycophronis scholiastes. Verba poëtæ hæc sunt:

Τὰς δ' ἀμφὶ Σύρτιν καὶ Λιβυστικὰς πλάκας,
Στενόν τε πρυμνᾶ ζωδρομοῦ Τυρσηνικᾶ,
Καὶ μιξόθηρο ναυλοφθόρους σκοπάς,
Ἁρπυγένων κλώμακάς τ' ἀηδόνων,
Πλαγχθέντας, ὠμόσιτα δαιτυλωμένους,
Προπαντὰς ἅδης πανδοκεὺς ἀρδεύσει
Λώβαισι παιδοίαις ζιν ἐπαρσιγμένους,
Ἕνα φθαρέντων ἄγγελον λιπὼν φίλων,
Δελφινόσημον κλώπα Φοινίκης θεᾶς.

Id est:

Alios circa Syrtin & Libyæ æquora,
Angustumque freti Tyrrheni concursum,
Et semiferæ naufragas speculas,
Aviformiumq; scopulos lusciniarum
Vagatos, crudeliterq; laceratos,
Orcus omneis capax capiet,
Cladibus omnigenis excruciatos;
Unum ex perditis amicis nuncium relinquens,
Delphini signum gerentem, Phœniciæ furem deæ.

Ad quæ ita Isacius Tzetzes: Τὰς περὶ τὸν Ὀδυσσέα λέγει. περὶ γὰρ τὴν Λιβύην ἐκπεσόντες ἐπλανῶντο. δύο δέ εἰσι Σύρτεις· ἡ Λιβύη ἡ μὲν μείζων, ἡ δὲ μικρὰ Σύρτις ἡ Χαρυβδις. ἔστι δὲ ὄνομα τόπου θαλάσσης περὶ Μεσσήνην καὶ Λιβύην, ἔνθα ὁ Τυρρηνὸς Ἀδρίᾳ συμβάλλων δεινὴν ἐργάζεται τὴν Χαρυβδιν. Ἀδρίας δὲ καὶ Σένων ὀνόματα ποταμῶν ῥεόντων εἰς τὸν Ἰόνιον κόλπον. γράφεται δὲ καὶ Λιγυστικάς. εἰκότως δὲ οἱ Λιγυστῖνοι μέρη τῶν Τυρσηνῶν. στενὴν δὲ πρυμνὰ ζωδρομοῦ λέγει, ἐπειδὴ ὁ πρυμνὸς μέσος.

μίσῳ κεῖται τῆς Ἀδελαϊκῆς ἐς Τυρσηνικὴν πελάγης· τῆ μὲν λήγων, τῆ δὲ ἀρχόμενος. τὸ δὲ Τυρσηνικὸν πέλαγος μεταξὺ Ῥηγίς ἐς Μεσσήνης κεῖται. Λιβυστικὸν δὲ Λιγυστικὸν τὸ αὐτό ἐστιν. Id est: *De Vlyssis sociis loquitur. hi enim tempestate abrepti circa Libyam errarunt. Duæ autem sunt Syrtes: maior in Libyâ; minor verò est Charybdis. Est autem nomen loci in mari circa Messanam & Libyam; ubi Tyrrhenus cum Adriâ concurrens, sævam efficiunt Charybdim. Adria autem & Seno nomina sunt fluminum, in Ionium sinum defluentium. Scribitur verò etiam* Λιγυστικὰς πλάκας· id est, *Liguriæ æquora. incolunt enim Ligures juxta Tyrrhenos. Angustum autem freti concursum dicit, quia fretum hoc in medio Adriatici Tyrrheniq; maris situm est; hinc desinens, illinc incipiens. Tyrrhenum autem mare inter Rhegium & Messanam protenditur. Libycum & Ligusticum unum idemque est.* O quantum nugarum! Quis geographiæ adeò imperitus esse potest, uti ignoret, utramque Syrtim esse ad Africam? Quis iste & qualis potest esse Charybdis locus circa Messanam simul & Africam? Libyam item, sive Africam, eamdem esse cum Liguriâ, quis umquàm somniaverit? Tum verò non Tyrrhenum mare, sed ipsum fretum inter Rhegium Messanamque collocandum erat. Sed nugas has & delirantis grammatici somnia mittamus. Prædictus Eustathius, eodem loco, Οὐ δὲ, inquit, τὸ καθ' ὅλου πλάσμα καὶ πιθανὸν ἄμπωτιν ἐς τοῦτο ὑποβάλλει νοεῖν, ὃ οὐκ ἔστιν ἀμφιβαλέσθαι. id est: *Figmentum poëtæ de Charybdi fluxum refluxumq; maris innuere, non est dubitandum.* Svidas: Περὶ οὗ λέγει ὅτι Χαρύβδεως· Παραπλέουσι δὲ τὸν Σικελίαν πρὸς τῇ μεσημβρίᾳ τὸ πορθμὸν τὸ Γαλλίας, ἐν ᾧ ἡ Χάρυβδις, ῥεύματων ὑπεναντίων δυσκόλων, αὐτοῖς ἀνδράσι καταδύεται. Οὐ Χάρυβδις καὶ Σκύλλα ἐν στενῷ τόπῳ κειμένη, ὑποδέχεται τὰ ἀπὸ Ὠκεανοῦ ῥεύματα, ἐς τὰς ἑῴας πλεούσας βυθίζει. Locum esse corruptum in principio atq; mutilum, tum ista, καὶ Σκύλλα, imperitissimi scioli esse impropbissimum glossematium, cuivis patet. Sensus tamen hic fuerit: *Priscus de Charybdi ita narrat: Præternavigantes Siciliam versùs Messanam per fretum Italiæ, in quo Charybdis est, quùm venti inciderent procellosi, unà cum vectoribus submerguntur. Quidpe Charybdis loco in angusto posita, Oceanique fluxus excipiens, trajicientes demergit.* Ex hactenus igitur dictis, maximè verò è Thucydidis suprà scriptis verbis, clarè patet, Charybdin nihil aliud esse, quàm fretum hoc, fluxum refluxumq; maris patiens, ventisque vehementioribus concussum. unde hodiéque apud accolas eius antiquum illud Græcorum vocabulum τὸ Ῥεῦμα, quod *fluxum* significat, quamvis corruptum, durat. quidpe non unius tantùm loci illius sub pharo Messanensi, sed totius freti fluxum & refluxum patriâ lingvâ vocant *La Rema*. Ille igitur Homeri versus, quem ipse Charybdis suæ sub Pelori scopulo ac caprifico gurgiti seu voragini adfinxit, de toto intelligendus est freto.

Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ
Ter egerit singulis diebus, terque resorbet.

Quamquàm id non ter singulis diebus fiat; licet hoc eius vocabulo postmodùm usi sint suprà scripti auctores, Virgilius, Ovidius, Hyginus, Servius, Isidorus: sed bis tantùm. qua in re jam olim Polybius Homerum correxit; teste Strabone. cuius verba lib. I hæc sunt: Τὸ γὰρ, Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν, ἀντὶ τοῦ Δὶς, γραφικὸν μᾶλλον εἶναί [φησιν ὁ Πολύβιος] ἁμάρτημα, ἢ ἱστορικόν. Id est: *Illud verò, Ter egerit, quòd pro Bis sit positum, exscriptoris ait Polybius potiùs factum errore, quàm historiæ ignoratione.* Et ipse Strabo, eod. lib. posteà: Ἀπὸ γὰρ ἀμπώτων καὶ τῶν πλημμυρίδων ἡ Χάρυβδις αὐτῷ μεμύθευται, ἐδ' αὐτὴ πανταπασιν ὁ μῆρος πλάσμα ἔσχα, ἀλλ' ἔστι τῶν ἱστορικῶν περὶ τὸν Σικελικὸν πορθμὸν διεσκευασμένη. εἰ δὲ, ὡς τῆς παλιρροίας γινομένης καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα, οὕτω τρὶς εἴρηκε,

Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ·

λέγοιτ' ἂν καὶ ἔτως. ὁ γὰρ κατ' ἄγνοιαν τοῦ ἱστορικοῦ ὑποληφθεὶς ψεῦδος τοῦτο, ἀλλὰ τραγῳδίας χάριν καὶ φόβου, ὃν ἡ Κίρκη πολλῶν τοῖς λόγοις περιτίθησιν, ἀποτροπῆς χάριν, ὡς τι καὶ τὸ ψεῦδος ὠφελοῦν μίγνυσι. * . * . Ἴσως δ' ἂν τις καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας τεκμήραιτο, ὅτι ὑπαινίττεται πως τὸ ἀληθές· μᾶλλον γὰρ ἐφαρμόττοι πρὸς τὸ δὶς ἡμέραν τῶν παλιρροιαν, καθ' ὃν σωζόμενος χρόνον, τὸν ἐξ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἢ τὸ τρὶς, πολὺν χρόνον μεῖναι τὰ ναυάγια ὑποβρύχια, ὑφ' ὧν ἀναβληθῶσι πυθόμενοι καὶ συνεχῶς περιεχομένῳ τοῖς κλάδοις.

Νωλεμέως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ἐξεμέσειεν ὀπίσω
Ἱστὸν ἐς πρόπυ αὖθις· ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
Ὄψὲ· ἅμα τ' ὀψὲ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη,
Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν,
Καὶ τότε δή μοι δέρκα Χαρύβδι ἐξεφαάνθη.

Παίζει γὰρ ταῦτα χρόνῳ τινὸς ἔμφασιν ἀξιολόγῳ δίδωσι, καὶ μάλιστα τὸ τῷ ἐσπέρᾳ δύπτεῖναι, ἢ μὴ κοινῶς εἰπόντα, ὥσπερ ὁ δικαιῆς αὐίσματι, ἀλλ' ὥσπερ κρίνων νείκεα πολλὰ, ὥστε βραδύναι πλέον τι. Hoc est: *Ab fluxu verò & refluxu fabulam Charybdis confinxit. quæ tamen ne ipsa quidem omnino commentum est Homeri: sed ex iis adornata, quæ de freto Siculo narrantur. Quòd autem, quum bis singulis diebus æstus reciprocatio fiat, ille ter id fieri dixit, hoc versu;*

Ter enim egerit singulis diebus, terque resorbet:

id quoque sic dici poterat. non enim, ignoratione historiæ id factum, suspicandum est; sed tragicæ amplificationis gratiâ, & metus incutiendi. nam Circe in oratione suâ multum terroris addit, avertendi hominem causâ: itaque mendacium etiam admiscet. Et exiguo pòst: *Sanè ex ipso temporis spatio colligere licet, Homerum veritatem sub involucro significasse. nam quòd tanto tempore sub aquis morata sunt naufragii frusta, seróque tandem ejecta desideranti & continenter ramis adhærenti; id magis quadrat eò, quòd bis singulis diebus ac noctibus fiat æstus reciprocatio, quàm quòd ter.*

Indesinenter autem tenebam; donec evomeret retrorsum
Malum & carinam denuò. desideranti autem mihi advênit
Serò tandem. nempe quando ad cœnam judex è foro surgit,
Multis judicatis litibus litigantium virorum;
Tunc tandem mihi ligna è Charybdi adparuerunt.

Hæc enim omnia non exiguum tempus innuunt: maximè, quòd vesperam intendi jam cœpisse ait; neque simpliciter dicit, Quando judex surgit; sed addit, Dijudicatis multis litibus: ut, moratum illic aliquamdiu, intelligatur. Nam ἅμα ἠελίῳ αὐίοντι, id est, *simul cum exoriente Sole,* ait poëta, eum ad Charybdin perveniſſe.

Verùm licet multa ὑπερβολικῶς ad exaggerandam rem Homerus & alii de hoc freto, sive de Scyllâ in eo & Charybdi confinxerint; tamen re verâ locus per se satis est formidabilis, periculosus, &, ut Mela ait, *adpulsis noxius*; ubi grávior tempestas mare concitet. quidpe in tantis angustiis vento æstuque, ut dixi, concurrentibus, facilè navigia vel fluctibus obrui submergique, vel Scyllæ scopulo ac reliquis saxis juxtà sitis impingi collidique possunt. Iustinus lib. IIII: *Nec mirum si fabulosa est loci huius antiquitas, in quem res tot coiêre miræ. primùm, quòd nusquàm aliàs tam torrens fretum, nec solùm citato impetu, verùm etiam procul videntibus. undarum porrò in se concurrentium tanta pugna est, ut alias, veluti terga danteis, in imum desidere, alias quasi victriceis in sublime ferri videas; nunc heic fremitum ferventis æstus, nunc illic gemitum in voraginem desidentis exaudias. Hinc igitur fabulæ Scyllam & Charybdim peperêre: hinc latratus auditus: hinc monstri credita simulacra; dum navigantes, magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti, latrare putant undas, quas sorbentis æstus vorago conlidit. Iam ipsa Italiæ Siciliæque vicinitas, jam promontoriorum altitudo ipsa ita similis est, ut, quantum nunc admirationis, tantum antiquis terroris dederit; credentibus, coëuntibus in se promontoriis, ac rursum discedentibus, solida intercipi absumique navigia. Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ compositum; sed metu & admiratione transeuntium. ea est enim procul inspicientibus natura loci, ut sinum maris, non transitum putes: quò quum accesseris: discedere ac sejungi promontoria, quæ antèa juncta fuerant, arbitrêre.* Scholiastes Apollonii, ad Ἀργοναυτικῶν lib. IIII: Τῶν δὴ τριῶν τῆ Σικελίας ἀκρωτηρίων ἀφορᾷ πρὸς Ἰταλίαν ἡ Πελωρὶς· ὑπόκειται δὲ αὐτῇ Χάρυβδις· ἡ δὲ Σκύλλα ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἀντικρὺ ταύτης. ἀκρωτήριον δέ ἐστιν ἡ Σκύλλα, ἐξέχον εἰς θάλασσαν, ὁμοίωμα καὶ πρόσωπον ἔχον γυναικός. κάτω δὲ τὰ ἀκρωτήρια εἰσὶ πέτραι πολλαὶ καὶ μεγάλαι, ἔχουσι κοίλας πόρους καὶ σπήλαια, ἐν οἷς θαλάσσια θηρία μύουσιν. ὅσα μὲν οὖν τῶν πλοίων, τὰς πέτρας ἐκκλίνοντα, ὑπὸ τὸ κλύδωνα εἰς τὴν Χάρυβδιν ἀπωθοῦσιν, ἀναῤῥοφᾶται ὑπ' αὐτῆς, συγκαταφερόμενα τῇ θαλάσσῃ· ὅσα δ' αὖ ὑπὸ τὴν ἐν Χαρύβδει θαλάσσης εἰς τὰς πέτρας τὴ Σκύλλης ὑφάλους καὶ τραχείας ὄσους ἀπωθοῦσι, συγκαταθλᾶται καὶ διαφθείρεται. εἶτα ἐξιόντες θαλάσσιοι κύνες, καὶ ἕτερα διάφορα θηρία, ἐσθίουσι τοὺς ἐκ τῶν νεῶν ἀνθρώπους. Hoc est: *Ex tribus Siciliæ promontoriis Italiam spectat Pelorus; sub quo Charybdis sita est. huic verò adversa est in Italiâ Scylla. Est autem Scylla promontorium in mare prominens, simulacrum & faciem habens mulieris. sub hoc autem promontorio multa ac magna sunt saxa, cavos locos & antra habentia, in quibus feræ marinæ degunt. Quæcumque igitur navigia, declinatis saxis, in Charybdim à fluctibus compellantur, absorbentur ab ipsâ, simul cum mari circumagitata. quæcumque verò vicissim à mari, quod est apud Charybdin, in aspera & sub undis latentia Scyllæ saxa detrudantur, confringuntur comminuunturque. mox prodeuntes marini canes & cæteræ variæ feræ, vectores devorant.*

Cæterùm

Cæterùm cauſam fluxus refluxusque in freto Siculo innuere videtur Iuſtinus, dicto lib. IIII, in his verbis: *Eadem cauſa etiam Aetnæ montis perpetuos igneis facit. nam aquarum ille concurſus, raptum ſecum ſpiritum in imum fundum trahit; atque ibi ſuffocatum tamdiu tenet, donec, per ſpiramenta terræ diffuſus, nutrimenta ignis incendat.* Non tantùm attrahi ſpiritum à Charybdi, ſed etiam efflari, Lycophron auctor eſt his verſibus: *Cauſa æſtus in Siculo freto.*

Ὡς μὴ καταβρώξῃ νιν ἐν ῥόχθοις κλύδων,
Χάρυβδιν ἐκφυσῶσαν ἑλκύσας βυθῷ.

Id eſt:

Ne ipſum devoret inter fluctus æſtus,
Charybdin è gurgitibus efflantem trahens.

In eamdem ſententiam Euſtathius ad Odyſſ. lib. XII: Ὁ δὲ Κίλιξ ποιητὴς, τοπογραφῶν τι ἅμα ἐν παραβολῇ καὶ μυθικῶς αἰνιλογῶν τὸ κατὰ τὴν Χάρυβδιν, ἴσως τι καὶ Τυρσηνικὸν πάντα μέσα κεῖσθαι αὐτὴν ἱστορεῖ. καὶ πνεύματι δὲ ὑπογαίῳ τυφωνικῷ αὐτὴν φησιν ἀνακυκᾶσθαι καὶ ἵνα δῆθεν ὁμοιότητα ᾖ ἐν Σικελίᾳ Αἰτναίῳ πυρός, οἷα δὴ μυθικὸν Τυφῶνα, ὥσπερ τῇ Αἴτνῃ καὶ τοῖς κατὰ Χάρυβδιν τόποις ὑπονοεῖται· ἵνα, κατὰ ἐν Ἰλιάδι Ζεὺς ὑπὸ Τυφωέϊ γαῖαν ἵνα ἰμάσσει πνεύματι δηλαδὴ ἐλαυνομένῳ σφοδρῷ, ἕτω καὶ ἡ Χάρυβδις ὁμοίῳ ἵνι πνεύματι λαύρῳ κάτωθεν κατὰ πάθος ἀμπώσεως ἀναβρασμοῦται, πάσχει ἅπερ ἡ πίτυς περατεύεται. Hoc eſt: *At Cilix poëta, locum Charybdis per comparationem deſcribens, rationemque ſimul eius reddens ex fabulis; ſitam ait eſſe in medio Ionii Tyrrhenique maris; & ſpiritu quodam ſubterraneo ac procelloſo conturbari, ad ſimilitudinem ſcilicet Aetnæi ignis in Siciliâ, qui fabuloſo adfingitur Typhoni, ſub Aetnâ & locis Charybdi conterminis ſito. ut, quemadmodùm in Iliade Iupiter ſub Typhœo terram verberat, vehementi agitatam ſpiritu: ſic & Charybdis, ſimili quodam ſpiritu multo infernè in æſtu maris commota, patiatur ea, quæ poëſis monſtrificè de eâ confingit.* Verùm eamdem huius in freto Siculo fluxus refluxusque rationem eſſe, quam magni Oceani, Ariſtoteles innuit in Mirandis. Ὁ πρθμὸς, inquit, ὁ μεταξὺ Σικελίας καὶ Ἰταλίας αὔξεται καὶ φθίνει ἅμα τῷ Σελήνῃ. id eſt: *Fretum inter Siciliam & Italiam unà cum Lunâ intumeſcit & ſubſidit.* Et diſertiùs Strabo lib. I: Διὰ δὲ τοῦτο καὶ σὺν εὐλόγως ῥοώδεις εἶναί [φησιν ὁ Ἐρατοσθένης,] μάλιστα δὲ τὸν κατὰ Σικελίαν πρθμόν· ὃν φησιν ὁμοιοπαθεῖν τοῖς κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πλημμυρίσι τε καὶ ἀμπώτεσι. δὶς τε γὰρ μεταβάλλειν τὸν ῥεῖν ἑκάστης ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καθάπερ τὸν Ὠκεανὸν, δὶς δὲ πλημμυρεῖν, δὶς δὲ ἀναχωρεῖν. τῶν μὲν οὖν πλημμυρίδα δεῖ ὁμολογεῖν, τὴν ὑπὸ τῶν Τυρρηνικῶν πελάγους εἰς τὸ Σικελικὸν καταφερομένην, ὡς ἂν ὑπὸ μετεωροτέρας ἐπιφανείας, ὃν δὴ καὶ καλοῦσα ὀνομάζεσθαι· ὁμολογεῖν δ' ὅτι καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἄρχεται τε καὶ παύεται, καθ' ὃν αἱ πλημμυρίδες, (ἄρχεται μὲν γὰρ ἅμα τῇ τῶν ἀναπολῶν τῆς Σελήνης καὶ τῇ δύσιν· λήγει δὲ, ὅταν σωάπτῃ τῇ μεσουρανήσῃ ἑκατέρᾳ, τῇ τε ὑπὲρ γῆς, καὶ τῇ ὑπὸ γῆν). τῇ τε ἀμπώτει τὸν ἐναντίον ἐξιόντα καλεῖσθαι, τῶν μεσουρανήσεσι τῆς Σελήνης ἀμφοτέραις ἐναρχόμενον, καθάπερ αἱ ἀμπώτεις, τῶν δὲ ζωάψεσι τῶν ἐπὶ τοὺς ἀνατολὰς καὶ δύσεις παυόμενον. Hoc eſt: *Ob eamdem autem cauſam euripos quoque fluxuoſos eſſe ait Eratoſthenes; maximè Siculum fretum: quod eodem, quo Oceanus, modo agitari dicit. bis enim ſingulis diebus ac noctibus mutare fluctum; quemadmodùm Oceanus bis inundat, bisque in ſe remeat. Exundationem quidem, aquis è Tyrrheno mari in Siculum tamquàm è ſublimiori ſuperficie delatis, fieri fatendum eſt; eamque æſtum deſcendentem nominari. fatendum item, eodem eum tempore incipere ac deſinere, quo maris adfluxus (incipit enim oriente atque occidente Lunâ; deſinit, quum ea ad medium cœli ſive ſupra ſive infra terram adplicat) eumque è contrario abeuntem æſtum vocari; qui utroque Lunæ ad medium cœli adpulſu incipit, ſicut maris reſorbitio; & ceſſat Lunâ oriente vel occidente.* Verùm de his jam ſatis abundéque dictum exiſtimo.

Reſtat nunc, uti longitudinem freti, quod ſuprà promiſimus, tandem indicemus. Iſidorus, Origin. lib. XIII, cap. XVIII: *Fretum adpellatum eſt, quòd ibi ſemper mare ferveat. nam fretum eſt anguſtum & quaſi fervens mare, ab undarum fervore nomi-natum; ut Gaditanum, vel Siculum. nam freta dicta Varro ait, quaſi fervida; id eſt, ferventia & motum fervoris habentia.* Ipſe Varro, de Latinâ lingvâ lib. VI: *Dictum fretum à ſimilitudine ferventis aquæ; quòd in fretum ſæpe concurrat æſtus, atque efferveſcat.* An igitur *Freti* etiam *Siculi* eadem cenſenda eſt longitudo, qua acceſſus receſſusque ſuprà dictæ Charybdis ſeſe extendit; nempe à Vaticano, ut diximus, Italiæ promontorio ad Tauromenium usq; Siciliæ opidum, per millia paſſuum fermè LXX? Haud puto ita accepiſſe veteres: ſatisque id adparet ex eo, quòd Plinius, loco ſuprà ſcripto, longitudinem eius XV millium tantùm adnotavit. Rectiùs itaque Mela, lib. I, cap. I:

Angustias Oceani, introitumque venientis, nos fretum, Græci πορθμὸν adpellant. De *freto* loquitur *Gaditano*. Hinc Plinius, in procœmio lib. III: *Terrarum orbis universus in treis dividitur partes; Europam, Asiam, Africam. Origo ab occasu Solis & Gaditano freto; quà irrumpens Oceanus Atlanticus, in maria interiora diffunditur.* *. *Quindecim millia passuum in longitudinem, quas diximus, fauces Oceani patent, quinque millia in latitudinem; à vico Mellariâ Hispaniæ ad promontorium Africæ Album; auctore Turannio Gracculo juxtà genito. T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minimum,* VII *millia passuum; ubi verò plurimum,* X *millia. Tam modico ore tam immensa æquorum vastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. frequentes quidpe taniæ candicantis vadi carinas territant. quâ de causâ Limen interni maris multi eum locum adpellavêre.* Et Plinii epitomator Solinus, cap. XXVI: *Gaditanum fretum à Gadibus dictum. Atlanticus æstus in nostrum mare discidium orbis immittit. nam Oceanus, ab occasu Solis irrumpens, lævo latere Europam radit, Africam dextro; scissisque Calpe & Abilâ montibus, inter Mauros funditur & Hispaniam: ac freto isti, cuius* XV *millia passuum efficit longitudo, latitudo vix septem, quodam ostio aperit limen interni æquoris.* Legendum censeo: *freto istio,* *, *veluti quodam ostio.* nisi legere malis; *freti istius,* *, *quodam ostio:* quod minùs congruum. Nostri igitur etiam *freti Siculi* longitudo intra *angustias*, sive *limen*, seu *ostium*, sive, ut Manilius vocat, *portam Siculi Tusciique maris* censenda est: nimirum in Italiæ latere à Scyllâ promontorio ad promontorium usque Leucopetram, millium passuum XXVIIII; in latere verò Siciliæ, à Peloro promontorio ad promontorium, quod sub *Itála* opido è regione Leucopetræ prominet, millium XXVII. Quidpe angustiæ freti ab septemtrionibus Peloro & Scyllâ, ab austro Leucopetrâ & Italensi promontorio includuntur. Summa igitur FRETI SICVLI *longitudo* est XXVIII circiter millium passuum. *latitudo* verò, ubi minimum, inter Pelorum & Cænym, quod vulgò nunc *Coda della Volpe* dicitur, mille quingentos passus, ubi plurimum, inter Italense promontorium & Leucopetram, XII millia patet.

Freti Siculi longitudo & latitudo.

CAPVT VI.

Trium Siciliæ promontoriorum forma. Pelorum promontorium. Neptuni templum. Messana urbs; quæ anteà Zancle. Pelorias sive Pelorus mons, qui & Neptunius: & in hoc Specula. Chalcidicus mons. Eunes sive Senes locus seu mons. Fauces Mylenses & Tauromenitanæ. Argennum & Drepanum promontoria.

SEd tempus est, freto relicto in ipsam regredi insulam; singulaque eius loca, quæ veterum celebrata sunt auctorum monumentis, exponere. Primùm igitur ora dicatur maritima: atque ante alia id insulæ latus, quod, in ortum Solis conversum, Peloro Pachynoque finitur promontoriis. Quamquàm haud absre nec incommodum fuerit, pauca quædam in universum de trium insulæ promontoriorum formâ præmittere.

Trium Siciliæ promontoriorum forma.

Ipsæ equidem tres ἄκρα, à quibus insula nomen *Trinacriæ* accepit, Latinis auctoribus *promontoria* dicuntur pariter omnibus: at vocabulo minùs proprio: quidpe quum *promontorium* propriè sit mons longiùs â reliquâ orâ in mare prominens; illæ verò Siciliæ tres ἄκρα loca sunt depressa, & litore plano apertoque; humo *Pelorus* arenaceâ; *Pachynus* & *Lilybæum*, saxeâ. Penuriâ id alius vocabuli, an per errorem à Latinis factum sit, etiamnunc ambigo. primi certè Græci per vocabulum ἄκρα non *promontoria* heic intellexerunt; sed tria illa *extrema* sive *extremitates* insulæ, longiùs in mare protensas. quare rectiùs Pindarus, ut suprà cap. II adnotatum, τριγλώχινα dixit insulam, id est, *tricuspidem*, quàm Lycophron τρίδειρον, *triverticem*, & Nonnus τρικάρηνον, *tricipitem*, & τρίλοφον, *tricollem*. Malè profectò, ac magis poëticè, quàm historicè de Cæny ac Peloro cecinit Homerus, Odysseæ lib. XII, his verbis:

οἱ δ' δύω σκόπελοι· ὁ μὲν ἕρκυνὸν οὐρανὸν ἵκάνει
Ὀξείῃ κορυφῇ, νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε
Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ, οὐδέποτ' αἴθρη
Κείνῳ ἔχει κορυφὴν, οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ὀπώρῃ.

* * * * *

Τὸν